10

So hat Er in seinen letzten jahren warhafftig auss-gesehen.

DIALOGVS INTER HOSPITEM ET RELIGIonem. Phil. Mel.

Anno M.D.L.

H Quis miſera te tractauit indignis modis ?

Nam Religionem cerno deam olim maximam.

Sed ecce ſeuus hanc leo & rapax lupus,

Et urſa lacerarunt ò te miſerrimam,

Nemo ne te piorum adiuuit ò dea ?

R Dic hoſpes ubi nam gentium ulli ſint pij ?

H An neminem pium terra ullo alit loco ?

R Paucos, eoſq; ut ipſa ſum adflictos male.

H Sed anteq̃ occidas medicos accerſito,

Nam ſpiritum ægre ducis extremum modo,

R Dea ſum nec emori fas eſt unq̃ deos,

H Sed arte leuare medica poſſis hęc mala,

R Medicorum turba me ſic hoſpes perdidit.